

Exercitatio Quarta.

noscitur à N° 4100. proximè maior, uti antea est significatum. Hinc ad dex-
tram 30. Nouembriſ & ad ſiniſtram 2. Februarij, pro capitibus annorum Vtriuſq;
Calendarij eſt adſcriptus, qui duo N° aut annorum principia inuicem 32. dieb.
diſtribuantur, ſicut annotatio huius N° ſub titulo ☉ innuit. Nam caput anni Iu-
liani quod notatur 30. Nouembriſ, à ſequentibus calendis Januarij Gregorianis,
ſicuti calendæ Iulianæ à poſtpoſito 2. die Februarij, uti caput anni conſiſtit Gngo-
riani, uno eodemq; interuallo diſtat: tanto. n. interuallo dies Calendarij Iuliani
[videl. 32. diebus] præueniunt dies in Calendario Gregoriano, qui ſequentibus ſæcu-
lis, uſq; ad annum Chriſti, 201. certis diebus præcedebant, ſicuti poſtmodum à 301
ceperunt ſubſequi, quemadmodum nunc ætatis hoc ipſam experimur, ubi deſerendum
Veteris Calendarij dies, ſequuntur dies in nouo Calendario. Solidum alterum ſub
titulo ☿ declarat in Vtrij Calendario, ante annum 250. poſt Chr. augmentatione
Epactaliū N° 2 poſt hanc Epocham diminutionem, quibus minimè diebus hic ſedes
Aurei N° Niceni regreditur ibi vero progreditur, quam locomotiuam atteltantur char-
acteres Liliam ordinem naturali ſuccedentis in extremo ſolido verſus dextram. Ut an-
no 3971. C. M. iuxta præcedentem maiorem N° 14. dies notantur, quib. quilibet Au-
rei N° terminus porro in Calendario Iuliano poſitus ſubintelligendus: Videl. 2. Aur. N.
iuxta 5. Octobr. ſunt in 19. illius menſis diem transferenda, in quo etiam loco pri-
ma Exercitatione Tab. A. Epactalis N° iij. antiqui Calendarij oſtendebat Lunationis ſe-
dem extiſſe. Preſenti tempore reſſus ab anno 1400. uſq; ad 1900. in quadri-
dium à ſata Epochæ determinatur: idem anno 1585. Aurei N° 9. ſedes in 25. Januarij
reducendus eſt in 21. eiſdem menſis diem, ubi oſtenditur inſtantia mediæ Noui-
lunij, quod ab Epactali N° viij. poſtridianum ob illuminationis principium efficitur,
atq; in 22. Januarij conſignatur extiſſe.

In conſuſionem huius Exercitationis, amplius ab iſta Tab. D. formu-
la alia expoſitionis Cyclorū ☉ & ☿ cum Epactaliſ N. pro Vtroq; Calendario tra-
ditur. Primum ab eo quod ſequitur Vtrinq; latius ſolidum, in quo, ut ante diximus,
cyclus ☉ cum littera Dominicali, denominatur, ſicuti reſpondet numeris annorū ante
e & poſt Chriſtum labrathon. Hi numeri proſunt ad inuentionem aliorum intermediorū
temporum, quæ collabuntur annis in ordine non conſignatis. Ut anno ſapienter adduc-
to 3971. numerus 343. nouus & 15. antiquus cyclorū Solarium ſic explicatur.
Primum numerus annorum ante N. Chriſtum à ſuo maiore, uel poſt Chriſtum datus ab
eo procedens minor auſſerendus, reſiduum deinde colligendum eſt N° cycli qui iuxta
in Tab. D. ponitur, collectum deinceps ſi maior eſt complementis Cycli, per illud di-
uidendum, quod remanſerit quaſiſitum N° cycli ☉ oſtendit, ſin vero minus erit, tum
ſem diuſionem quaſi Nicenorum cycli deſinit. Ut annū 3971. C. M. à ſuo maior in or-
dine N° qui eſt 4100. adlati, relinquunt 129. addenda N° cycli 214. adſcripti, in-
de colliguntur 343. cyclus nouus quaſiſitus pro Gregoriano Calendario, qualis & ſupra
in prima Tab. exercitatione quoq; fuit oſtenſus. Idem reſiduum adiectum 26. N° cycli
☿ Vtrorū in dextera parte è regione 4100. notato, colligit 155. quæ cum ſuperſit cō-
plementum 28. per id partienda ſunt, ac à partitione tandem 15. quæ remanent N.
cycli utrius quaſiſitum annunciant, qui etiam ſupra erat expoſitus. Sic etiam anno præ-
ſenti 1585. ſi ab eo auſurimus 1501. relinquuntur 84. quibus N° 214. è regione 1501.

ſemp.